IULIANUS POMERIUS. ALBUINUS CLARAEVALLENSIS
12. bis 13. Jh. Seite 48v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26468
Copyright: Admont, Benediktinerstift



resuscitatos uestimentis egere. omnia bona que
dicuntur futura eosdem posse non credere. Et
tamen si erunt ibi ut quidam causantur quedam
tegumenta uelaminum. utique incorruptibilia
corpora incorruptibilibus utentur. iuxta quod iulia
nus pomerius ait. Si caro nostra non genere. sed qua
litate mutata. Nec spe sed spiritalis effecta. carnalia
non requirit. aut nulla in resurrectione uestimen
ta erunt. aut si erunt incorruptibilium corporum
prorsus incorruptibilia credi debent. Que sic
sanctos uestiant. ut nulla eos sui sollicitudine il
lius future beatitudinis securitate distendant.
Aut forsitan illius generis indumenta futura sunt.
qualibus se propheta indutum sub ecclesie typo gra
tulatur & dicit. Quia induit me dominus uestimento &
salutis & indumento iustitie circumdedit me.
Vestimento uero salutis idem doctor ad carnem.
Indumentum uero iustitie ad animam referens. Item
sequitur idem doctor. Quod si [illegible] ita est et
si conceditur resurgentes ueste usuros. nec talia
illis erunt. qualia fuisse leguntur. israheliti
ca uestimenta. Quia quamuis in quadraginta
annos diuina uoluntate seruata sunt tamen